

XX  
 XXX

PANTALEONIS CANDIDI  
 morituri, quum Deo visum  
 erit, Consolatio.

**N**on Jesus nihil est, nō sunt nihil illius, alma,  
 Quæ verba ante homines, lingua loquu-  
 ta fuit.

Non populus nihil est, ad quē migravit Abraham,  
 Non vatum nihil est qui viguitq; chorus.

Non Petrus nihil est, non est nihil incola Tharsi,  
 Illorum aut sanctâ pagina scripta manu.

Non celum nihil est, non est nihil Angelicus grex  
 In celo aut pacta est, quæ tibi, latro, domus:

Ergo ego, qui Jesu, qui Jesu, fido ministris,  
 Inter eos moriens, non, scio, nullus ero.

